

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Oratio M. Catonis Consulis, pro lege Oppia, contra mulierum luxuriam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

cero) hostes. Ergo vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego, istinc signa canent, istinc clamor prius incipiet, atque impetus, si dimicandum est. Inducite in animum, quod non induxerunt patres, auique vestri, non illi, qui in sacrum montem secesserunt, non hi, qui postea Aventinum i secederunt. Expectate dum vobis singulis, ut olim Coriolano, matres, coniugesque crinibus passis obuiae, ab urbe veniant. Tum Volscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, queuerunt: vos Romanus exercitus non destiteritis impius bello? T. Quintio, quoemque istuc loco, seu volens, seu iniurias constitisti, si dimicandum erit, rum tu in nouissimos te recipio: fugeris etiam honestius, tergumque ciui dederis, quam pugnare ris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene, atque honeste inter primos stabis, & colloquij huius salutaris interpres fueris. Postulate æqua, & ferre: quamquam, vel iniquis standum est potius, quam impias inter nos conseramus manus.

### OECONOMIA orationis.

I. Exordium à religione, ad eius memoriam feri etiam plerunque animi mollescunt. Habet in mente Linius Ciceronis orationes post reditum ad P. R. & pro L. Marana.

II. Adiuncta proponuntur grauissimarum & sanctissimarum rerum per enumerationem.

III. Ingeritur verum antea bene gestarum memoria, & tractantur molliori articulo, ut facile irritabiles.

IV. Adiundum persone Cornini dehortantis grauiter amplificatum, hac est Ida, quam Rethores Graci & mutræ nominant.

Moderatio in illustri fortuna a. mabilis.

V. Ut dilecta persona facile transfundit affectus, ideo suam charitatem in milites, & in summo excel- se fortune gradu, modestiam commemorat, que res non parum habet commendacionem; Magnum si- quidem est, quod Plinii historicus dicit de Vespasiano Imperatore. Nec quicquam in te mutauit fortunæ amplitudo, nisi ut prodesse tam posset, & velles.

VI. Concessio grauis, & mollis ad milites leniens oppuruna, ubi ferocioribus animis per acrom ironiam, etiam atrocia facta concedi videntur, quod pudore vicii desistant. Sic Pertinax apud Herodia-

num. Germanicus apud Tacitum, se gladijs percutientium offerunt, irritato animos miseratione simul & verecundia frangunt.

VII. Apostrophe ad ducem, quem nomine appellans, blanda, & sapienti oratione demulcet.

VIII. Extreme loco conditiones ponit, aqua, & aqua, qua postularint, ipsis premitens.

### ORATIO MARCI Catonis Consulis, pro lege Oppia, contra mulierum luxuriam.

#### ARGUMENTVM.

Lex Oppia duris belli Punici temporibus la-  
ta in mulieres fuerat, que eas auri, & purpura  
ornamentis carere volebat.

Rebus iam pacatis, in pleno Reip. otio, & felicitate matrona ius mundi muliebris repetunt, & abrogationem legis Oppia postulant, Cato hac oratione repugnat.

Inuentio argumentorum est ab autoritate  
legis, à disciplina maiorum, ab ingenio muliebris  
cupido, & indomito, à detrimentis, quæ ex luxu,  
& auaritia consequentur.

Dispositio duas præcipue partes amplectitur,  
legem, & censuram femininarum.

Elocutio grandis, austera, sententiosa, Cato-  
nem ubique spirans.

Sicut sua quisque nostrum matrefamilias, Ex Liniis.  
Quirites, ius, & maiestatem viri retinere  
instituerit, minus cum viuenteris feminis  
negotij haberemus, nunc domi vita liber-  
tas nostra impotentia muliebri, hic quoque  
in foro obteritur, & calcaratur, & quia si gal-  
las sustinere non potuimus, viuenteris hor-  
remus. Evidem fabulam, & fictam rem du-  
cebam esse, virorum omne genus in aliqua  
insula coniunctione muliebri a stirpe subla-  
tum esse, ab nullo genere non æquè pericu-  
lum est, si cœrus, & consilia, & secretas con-  
sultationes esse finas. Atque ego via statue-

re apud animum meum possem, vtrum peior ipsares, an peiore exemplo agatur: quorum alterum ad nos Consules, reliquoque magistratus, alterum ad vos, Quirites, magis pertinet. Nam vtrum e republ sit necne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis. Hæc consernatione muliebris, sive sua sponte, sive authribus vobis, M. Fundani, & L. Valerij, facta est, haud dubie ad culpam magistratum pertinens, nescio, vobis Tribunis, an Consulibus magis sit deformis; vobis, & fœminas ad concitandas tribunitias seditiones iam adduxistis; nobis, si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendas sunt.

*Mulierum ceterus.  
Item prehē-  
satio & pu-  
gna pro  
mundo.*

*Mulieres:  
R. manu  
non fuerūt  
&c. 1581. 61.*

*Mul.indo-  
mitum ani-  
mal.*

bis eas fore creditis? Exemplo simul patres esse cōperint, superiores erunt. At hercule ne quid nouum in eas rogetur, reculant non ius, sed iniuriam deprecantur. Imò, vt quam accepistis, iustissis suffragijs veltris legem, quam viu torannorum, & expetendo comp̄obastis, hanc ut abrogetis: id est, ut vnam tollendo legem, cæteras infirmetis. Nulla Lex nullā <sup>lex</sup> / atū commoda omnibus est: id modo quaruntur <sup>si</sup> / <sup>maiori</sup> parti, & in summā produnt. Si quod <sup>mādīm</sup> cūquā priuatis officiis, id delictū, ac nūm demolerit: quid attrinebit vniuersos rogare leges, quas mox abrogare, in q̄os latē lust, possint? Volo tamen audire quid sit, propter quod mātronæ consernatae procurant in publicum, ac vix foro se, ac concione abstineant. Ut captiui ab Annibale redimantur parentes, viri, liberi, fratres earum! procul abest, absitque semper talis fortuna reip, sed tamen quum fuit, negatissis hoc p̄ijs preciib⁹ carum. At non pietas, sed sollicitudo pro suis, sed religio congregavit eas. Matres Idam Pessinunt ex Phrygia venientem accepturæ sunt. Quid honestum dictū saltē seditioni prætenditur muliebri? ut auro, & purpura fulgeamus, inquit, ut carpentis, festis, profiliisque diebus velut triumphantes de legiyeita, & abrogata, & captis & eruptis suffragijs vestris per urbem vectemur: ne illus modus sumptibus, nec luxuria sit? Sæpè me querentem de fœminarum, sæpè de virorum, nec de priuatorum modo, sed etiam magistratum sumptibus audistis, diversisque duobus virtutis avaritia, & luxuria ciuitatem laborare, que pestes omnia magna imperia euerterunt. Hæc ego, quò melior, latiorque in dies, fortuna reipublicæ est: quo magis imperium crevit, & iam in Graciam, Asiamque transcendimus, omnibus libidinum illecebis repletas, & regias etiam attrectamus gazas, eo plus horre, ne illæ ras magis non caperit, quam nos illas infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata sunt huic urbi: Iam nimis multos audio Corinthi, & Athenarum ornamenta laudantes, mirantesque, & antefixa sculpta deorum Romanorum ridentes. Hos ego malo propitiis Deos, & ita fero futuros, si in suis manere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non viroram modō, sed etiam mulierum animos donis tentauit. Non dum lex Opria ad coercendam luxuriam muliebrem lata erat, tamen nulla accepit. Quam causam fuisse

censetis? Eadem fuit, quæ maioribus nostris, nihil de hac re lege sanciendi: nulla erat luxuria, qua coerceretur. Sicut ante morbos

*Lex nulla,  
ubi nulla  
cupiditas.*

necessæ est cognitos esse, quam remedia eorum, sic cupiditates prius nata sunt, quam leges,

que ipsi modum facerent. Quid legem Liciniam excitauit de quingentis ingeribus, nisi ingens

cupido agros continuandi? Quid legem Cinciam de donis, & muneribus, nisi quia vestigialis iam, & stipendiaria plebs esse Senatum

experat? iraque minime mirum est nec Oppianum, nec aliam villam cum legem desideratam esse, quæ modum lumentibus mulierum faceret, quum aurum, & purpuram data, & ob-

lata vtrio non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circumiret, stantes in

publico inuenisset, quæ acciperent. Atque ego nonnullatum cupiditatem ne cauam

quidem, aut rationem inire possum: nam ut quod alij licet, tibi non licere, aliquid for-

tales naturalis aut pudoris, aut indignatio-

nis habeat: sic ex quo omnium cultu, quid

vnaquaque vestrum veretur ne in se conspi-

catur? Pessimus quidem est pudor vel parsi-

monia, vel paupertatis: sed vtrumque lex vo-

bis demit, quum id quod habere non licet,

non habetis. Hanc inquit ipsam ex aquatio-

nem non fero, ita locuples, cur non insignis

auto, aut purpa conspicio; cur pauperias al-

iarum sub hac legis specie latet? ut quod habere

non possunt, habituunt, si luceret, fuisse videantur?

Vultis hoc certamen vxoribus vestris ini-

cere, Quirites, ut diuines id habere velint,

quod nulla alia posit: pauperes ne ob hoc ip-

suum contemnatur, supra vires se extendant?

Næ simul pudore quod non oportet, coope-

rit, quod oportet non pudebit; quæ de suo po-

terit, parabit; quæ non poterit, virum roga-

bit. Misericordum illum virum, & qui exoratus,

& qui non exoratus erit, quum quod ipse

non dederit, datum ab alio videbit. Nunc vul-

go alienos viros rogant: & quod maius est,

legem, & suffragia rogant, & à quibusdam

impetrant adulteriste, rem tuam, & libe-

*Maritorum  
vniuersitatis  
frumenta.*

Ego nullo modo abrogandam legem Op-  
pianam censco: vos quod faxitis, Deos omnes  
fortunare velim.

### OECONOMIA orationis.

I. Exordium graue nimiam virorum indulgen-  
tiā perstringit, quod autem esset de hac mulierum  
audacia exemplum, in Lemno insula contigit. &  
narratur ab Apollonio in Argonauticu. Scatio in  
Thebaide, Quid. &c. Grauitatis fuit Insulam non  
nominare, ne ista enucleatissima disquisitio videtur

II. Ex eo statuit imprimis periculosa mulierum con-  
ciliabula, & huius auctores licentia segillat, addita  
praelata, & illustri aduersus absentes mulieres fer-  
mecinatione.

III. Contra istam mulierum prehensionem, ve-  
recundia, & pudori sexuo inimicam, disputat pri-  
mum à legi maiorum, que mulieres intra priuatos  
parietos sine villa rerum administrandarum iure  
incluserunt. Hoc ipsum Cicero pro L. Murana, Mulier ex-  
D. Ambros. in questiouib. & veter. iest. Mulier pers aucto-  
rem constat subiectam virti domiato esse, & ritatis.  
nullam authoritatem habere. Nec docere po-  
teft, nec testis esse, nec fidem dare, nec iudica-  
re. At Tullius in repub. non rurauovimus requirit  
Gracorum, sed censem, qui doceat viros moderari  
vxoribus.

IV. Argumentatur à natura mulierum. Mulier  
éndomitum animal, & licentia appetens, ideo fra-  
no moderationis coercendum. κατάστα μὲν γὰρ  
οὐχ ὀμιλήτω δέος & inquit Aeschilus in  
Persis.

V. Ab auctoritate legis, quum minimè decet abro-  
gare pro mulierum arbitrio, quibus si id semel conce-  
deretur, latius in dies manaret improbitas. Rem  
autem tractat falsis, & acribus ironiis Stoico in-  
genio dignissimis, maximè ubi per sustentatio-  
nen, & hunc mulierum cœtum & petitionem exag-  
gitat. Quod autem ait de mare Idea, Cybeles simu-  
lachrum Pessinunte adiuctum intelligit, quæ  
Claudia celebris illa Vestalis pertraxit, ut habeat  
Plin. lib. 7. c. 35.

VI. Etiam si nulla lex esset opposita, tamen flan-  
gitio/a est hac mulierum importunitas, quod  
praclare exaggerat, ostendens à rei natura, &  
turpitudine petitionu. indignitatem. Porro  
contra huiusmodi luxum mulierum praclarara  
scriperunt Tertullianus, & Cyprianus, li-

Oooo 2 bro

*Mulierum  
lux.* bro de disciplina & habitu Virginum, ubi hac inter cetera: Ornamenta, ac vestium insignia, & locinaria formarum, non nisi proflitutis, & impudicis fœminis congruant, & nullarum ferè pretiosior cultus est, quam quarum pudilis est.

VII. Iam plene agit Philosophum Stoicum, contra luxam ciuitatis grauius inuestitus. Duo morbi reipublicandi sunt (inquit) Avaritia, & Luxuria, qui in hac mulierum petitione se produnt, sed præcipue, se uerba armis.

Luxuria incubuit, vixtumque vlciscitur orbem.

Et is luxus etiam in statuis auro, argento, quo sit ut antefixa fidilia Deorum Romanorum rideantur, erant autem antefixa, qua ex opere figurino teatis affigebantur sub illincidio.

VIII. Huic luxus intemperancia remedium opponit moderationem antiquarum matronarum, in respendis donis, quibus nulla lex fuit, cum nulla esset cupiditas. Varr. l. 11. de vita P. R. de quo mulierum Romanarum veterum vicin, & moribus, ex Catone, Gellius no[n]. Attic. lib. 10. cap. 23.

Po[st]quam obtrita hac moderatione nata sunt cupiditates, tum cōdi leges coepit, ut lex Licinia, de moderatione agorum, Cincia de maneribus, illius meminist Liu. l. 6. & 7. Huius Cornel. Tacit. lib. 13.

*Lex Cincia:* Patres legem Cinciam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob caussam orandam pecuniam, doru[m] accipiat.

*Advocati:* IX. Cupiditatem istam non modo ambitiōsam ostendit, sed orationis expertem. Neque enim caussam haber illam indignationis, aut pudoris hac petitio, cum lex aqua su omnibus. Hinc solerissimè cupiditatis istius sententia indagat, dolent scilicet, diuites, quod paupertas aliarum sub hac lege lateat.

Atqui hoc vanitatis est non ferenda.

X. Perorat charactre orationis valde morato & ad formam, ἀληθινοῦ λόγου, ubi ostendit, Malinus consequens ex ornamentorum concessione viris, & mulieribus importunum. Tum grauiter monet, ne luxuriam legis severitate constrictam solitus de-

sum vinculi, quasi bestiam à causa in funus cinctitatis emittant. Eandem compara-

tionem habet Cicero 4.  
ad Herenn. sed la-  
xiorem.

O R A T I O L V C I I V A L E-  
rij Tribuni plebis, pro Mulieribus,  
contra legem Oppiam.

Inuentio. Relegit Catonis Argumenta. Disposi-  
tio est prudens, & facilis. Eloctio diserta,  
elegans, urbana, quo felicitas ingenuum lumen  
satū indicat.

*Mulierum  
defensio.* SI priuati tantummodo ad suadendum, dis-  
suaderet, inquit id, quod à nobis rogatur, pro-  
cessissent: ego quoque, cum satis circūm  
pro vtrqua parte existimarem, tacitus suffragia veltra expectarem. Nunc quum vit  
grauiissimus, Consul, M. Porcius, non Authori-  
tate solum, que tacita satis momenti habuisset, au-  
xiliū sed oratione etiam longa, & accurata inse-  
ctatus sit rogationem nostram, necesse est  
paucis respondere. Qui tamen plura verba  
in castigandis matronis, quam in rogatione  
nostra dissuadenda consumpsit, & quidem,  
vt in dubio poneret, vtrum id quod reprehē-  
deret, marrou[er] sua sponte, an nobis authori-  
bus fecissent.

Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hæc Consul verbo tenus, quām vt re in-  
timularet. Cœtum, & seditiones, & interdum secessionem mulierem appellavit. Quod matronæ in publico vos rogassent, vt legem in se latam per bellum temporibus duris, in  
pace, & florente ac beatæ republica abrogare-  
tis: Verba magna, quæ rei augendæ cauila con-  
quirantur, & hæc, & alia esse scio, & M. Catonem oratorem non solum grauem, sed inter-  
dum etiam trucem esse scimus omnes, quum  
ingenio si mitis.. Nam quid tandem noui  
matronæ fecerint, quod frequentes in causa  
ad se pertinente in publicum processerunt?  
Nunquam ante hoc tempus in publico appa-  
ruerunt? Tuas aduersus te origines reuolu-  
lam: accipe quoties id fecerint, & quidem  
bono semper publico.. Iam à principio re-  
gnante Romulo, quum Capitolio à Sabiniis  
capto, medio in foro signis collatis dimicata  
retur, nonne inter eis matronarum inter-  
acies duas prælium sedatum est? Quid? Re-  
gibus exactis, tum Coriolano Martio da-  
cc, legiones Volscorum castra ad quintum  
lap-